



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lvdovici Carrionis Antiqvarvm Lectionvm Commentarii III

Carrion, Louis

Antverpiæ, M D LXXVI

Mimus. componere in maius. celebrare in maius. Sallustus apud
Lactantium, item Lactantius alibi. emendati. Cap. VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70907)

Mimus componere in maius. celebrare in maius.

Sallustius apud Lactantium, item Lactantius alibi, emendati.

CAPVT VII.

MIMI vocem in veteribus scriptoribus plerisque omnibus superioris saeculi negligentia, dicam an imperitia? esse corruptam; & verbi alicuius sibi cognati, aut litterarum similitudine coniuncti, sedem occupare, iam pridem alij monuerunt: & verum esse, exemplis eam in re adductis, confirmarunt. Quibus nostram de Lactantiani cuiusdam loci emendatione opinionem, nunc adscribimus; eamque, uti testem extra ordinem interrogandum, huc allegamus. verba Lactantij sunt: *Quis haec ludibria non derideat, qui habeat aliquid sanitate, cum videat homines, veluti mente captos, ea serio facere, quae si quis faciat in lusu, nimis lasciuus & ineptus esse videatur?* quo quidem loco, alium, nescio quem, librum paulo ista aliter perscripta habere; in eoque pro postremis illis, *nimis lasciuus, extare, minus sanus*: qui recognitioni Romanae, & editioni Plantiniana praefuerunt, testificati sunt. mihi tamen, qui verum amo, scriptura huiuscemodi nequit satisfacere: neque vero quisquam eorum, qui paulo diligentius in priorem illam lectionem, & Lactantij sententiam intuebuntur, ea sibi satisfieri patietur. quid igitur dicemus? quod res est. obseruatis nimirum litterarum vestigijs, & vna voce in paucis mutata, *minus lasciuus*, ibidem legendum videri: eamque vocis insolentiam, pro hominum semidoctorum

Lact. lib. I.
Institut. ca.
XXI.

capitulum, parum notā, Philosophi & Oratoris Christiani deprauandi fuisse. Quae quidem tam leuis vnus atque alterius litterae immutatio facit, vt ex eodem capite, eodem etiam scriptore, certe apud eundem scriptorem Sallustio, simile mendum, quod in editionibus passim omnibus haecenus statuit, neque à Romanis deprehensum est.

Idem eodem cap.

eadem nunc facilitate tollam. Hanc totam, inquit, opinionem quasi à poetis fictam Sallustius respuit; voluitque ingeniose interpretari cur altores Iouis dicantur Curetes fuisse; & sic ait: Quia principio intelligendi diuina fuerunt, vetustatem, et cetera, in maius componentes altores Iouis celebrasse. hic, componens, non, componentes, Iouis, non, fons, scribendum esse, res ipsa clamat. non enim voluit Sallustius à Curetib vetustatem, sed potius Curetum illud & inuentae & intellectae religionis factum, ab ipsa vetustate, in maius fuisse compositum. Quae eadem prosequendi ratione alibi Sallustius, eumque, ni fallor, imitatus doctus poeta Claudianus vsi, in maius celebrare, dixerunt, Sallustius Iugurthino: Praeterea seditiosi magistratus vulgus exagitant, Metellum omnibus concionibus capitis arcessere, Marij virtutem in maius celebrare.

Claudianus Panegyri:

In maius celebrata ferant.

licet omnia rates

Aduentus

Ant. Mureti
Varia Lectorum
LIII
25